Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cxxij 299

multaduit uiros ac mulieres: sanctisq; qui poterat intelligere
die prima mensis septimi. Legit in eo apte in platea que
erat ante portam aquarum a mane usq; ad meridiem di-
in conspectu uirorum. Mulierum. Sapientiam. Aures omnis
populi erant erecte ad libri. Stetit autem esdras scriba super
gradum ligneum quem fecerat ad loquendum. et steterunt
iuxta eum. Et aperuit esdras librum coram omni plebe.
Et benedixit esdras deo magno: et respondit omnis
plebs amen. Elevans omnis plebs in manus suas: in terra
ti sunt. Adorauerunt prone in terram. Porro leuite silentium
faciebant in plebe. ad audiendam legem: plebs autem stabat
in gradu suo. Et legerunt in libro legis dei distincte. Apte
ad intelligendum. Dixit autem nehemias tirsatha. Scribe et
leuite: dies sanctificatus est domino deo nostro. nolite luge nolite
flere. Et dixit eis. Ite. comedite pinguia. Bibite mul-
tum. Mittite partes eis. qui non preparauerunt sibi. quia
sacer dies domini est. Nolite contristari. gaudium enim
domini est fortitudo uestra. Sedia Marium.

Illo t: Respondens unus de turba. dixit ad eum.
Magister attuli filium meum ad te. habentem spiritum
mutum. Qui ubicumq; eum apprehendit.
allidit eum. Spumat. Stridet dentibus. Arescit. Et
dixi ad discipulos tuos. ut eicerent eum. Et non potuerunt.
Qui respondens dixit eis. O generatio incredula. quam
diu apud uos ero. Quamdiu uos patiar: Afferte
illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum uidisset illum:
statim spiritus conturbauit eum. Et elisus in terram
uolutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius.
Quantum tempus est ex quo ei hoc accidit. At ille ait. Ab